Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD TYMO

te sua passione scribens et a roma de carcere.

Epla sda ad tymotheum.

Paulus aplus cristi ihesu secundum promissionem uite que ē in xpo ihesu. tymotheo karissimo filio suo. grā mā pax a deo patre nostro et cristo ihesu dño nostro. Gracias ago deo meo cui seruio a progenitoribus meis in conscientia pura. quomodo sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te uidere memor lacrimarum tuarum. ut gaudio implear recordatione accipiens eius fidei que est in te nō ficta. que et habitauit primū in auia tua loyde et matre tua eunice. Certus sum autē quod et in te. propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris sed uirtutis et dilectionis et sobietatis. Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri ihesu cristi. neq; me uinctum eius. sed collaborā in euangelio secundum uirtutem dei. qui nos liberauit de peccto et uocauit nos uocatione sua sancta. nō sdm opera nra sed secundum propositum suum ad gratiam. que data est nobis in cristo ihesu ante tempora secularia. manifestata est autē nunc per illuōnem saluatoris nostri ihesu cristi. qui destruxit quidem mortem. illuōnauit autē uitam et incorruptionem per euangeliū. in quo positus sum. ego prdicator et aplus et magister gentium. Ob quam causam et ego hec patior. sed nō confundor. Scio enim cui credidi et certus sum. quia potens est depositum meum seruare in illum diem. formam habe sanorum uerborum que a me audisti in fide et dilectione in cristo ihesu. bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis hoc quod auersi sunt a me omnes qui in asia sunt. ex quibus est figellus et hermogenes. Det misericordiam dñs onesiphori domui. quia sepe me refrigerauit. et catenam meam non erubuit. sed cum roma uenisset solicite me quesiuit et inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiam a dño in illa die. et quanta ephesi ministrauit in melius nosti. Tu ergo

II

Fili mi confortare in gratia que est in cristo ihesu. et quae audisti a me per multos testes. hec cōmenda fidelibus hominibus qui idonei sunt et eruit alios docere. laborā sicut bonus miles cristi ihesu. Nemo militans deo implicat se secularibus negociis ut ei placeat cui se probauit. Nam et qui certat in agone nō coronabitur nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primū de fructibus percipere. Intelligo quod dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto dñm nostrum ihesum xpm resurrexisse a mortuis. ex semine